



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Auram alloquitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

AMORVM

Quæ me tam facient cito beatum,
Quàm fiam cito, si neges, misellus.

AVRAM ALLOQVITVR.

a Vra sylvarum, nemorumq; cultrix
Cynthiae fessæ gelidum lenamen
O' quies lassis, fugientibusq;

Pana Napæis.

Grata pascenti niueas capellas,
Propter Amphrysi uenerantis undas,
Seu colit gratum nemus, atq; amati

Daphnidis Idan,

Cynthio semper dea grata, semper
Dulas illius comes, o' laborum

O' quies æstus Cephalo uirenti in

Vertice Hymeti.

Linque florentes Dea blanda colles

Siue in umbrosos gelidosq; saltus

Menalos, aut Parithenio in antro

Lenta uagaris.

Siue Spartanis celebrata Nymphis

Taygeta, aut molles Phrygiæ recessus,

Seu tenent uerno Zephyro tepenti

Littore Baie.

Hic ubi nostri quoties amores

Me sine, & lympha fruitur salubri

Fannia, heu torpet gelidus sub imo

Pectore sanguis.

Quæ modo in molli studiosa arena

Ludit, & circum niuæ sorores

Cursitant, pictas uario legentes

Littore conchas.

Qualis in uernis Erycina pratis

Gratys certans, studio recentis

Deligit flores, modo se fluenti

Abluit amni.

Interim oculo latitans fruteto

Faunus, armentiq; deus magister

Ebibunt molles auido fontes

Pectore flammis.

Huc age & gressus moueas uirentis

Floribus nectens croceos capillos,

Pinnulis afflans roseos odores,

Ambrosiamq;.

Sed leues tecum uolitent Amores

Quisq; candentis iaculans sagittas,

Sed mecum certent facibus cruentum

Vrere pectus.

Vrar, & centum pariter sagittis

Figar, ac de me cupiant triumphum,

Vel leuem immittis modo sentiat si

Illa fauillam.

Sed quis heu nostris calor in medullis

Feruet. en quali exagitanur aestu?

Tu meos o' nunc releuans calores

Aura uenito.

DE NATURA AMANTVM.

m *Iser qui amat, uidetq; quod cupit, nunquam,*

Magis miser, qui amat, uidetq; nec tangit,